

Quæro, quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas maritus facit vxori, &c. An tunc & quatenus sponsus, sine maritus, sponsæ, seu vxori splendidas vestes, & res preciosas, puta annulos gemmatos, torques, armillas, inaures, & catenas aureas, ad ornamentum tantum corporis pertinentes, tradens in dubio eas illi donare videatur, ita vt morte mariti talis donatio confirmetur, nec heredibus repetitio earum rerum competat, post Clarum hic notandum, & per eum adductum, abunde & perspicue explicat Andr. Gail. lib. 2. obseruation. practicar. obser. 9. n. 2. cui seq. & Hartman Pistor. lib. 1. q. 44. & D. Bocer. in Commentar. de donationib. c. 9. n. 7. & seq. Obiter tamen hic addendum: quod ornamentorum muliebrium appellatione generaliter continentur ea, quibus mulier ornatur: veluti inaures, armille, vipiolæ, annuli, præter signatarios, & omnia, quæ ad aliam rem nullam parantur, nisi corporis ornandi causa. Ceterum mundus muliebris est, quo mulier mundior fit. Continetur in eo specula, matula, vnguenta va fa, vnguentaria, & si qua similia dici possint, de quibus accuratius differit Vlpianus in l. argu-

tem animo donandi. Ita distinguit Ang. cons. suo, incip. Nicoletus de Tartagnis, quod est sub n. 25. in consilijs compilationis, & corectis per d. Nicolau Gambarutum anum meum maternum, de qua compilatione mentionem facit, & ipsam appellat præstantissimum Doctorem, D. Paulus de Montepico in repet. l. Titia. ff. de leg. 2. post nu. 56. in consilijs autem Ang. secundum impressionem, quam ego habeo, illud consilium est sub n. 339. Hæc autem distinctio Ang. est per Doct. approbata, vt dicit Cagno. in l. contractus, n. 35. ff. de reg. iur. ita etiam tenere communiter DD. attestantur Corn. cons. 65. in littera A. lib. 3. & dicit Alex. cons. 155. nu. 10. lib. 7. quod ita magis communiter concluditur.

Sed nunquid ea, quæ donantur sponsis a consanguineis, vel affinis, censentur donata contemplatione mariti; an autem contemplatione vxoris? Resp. Aut sunt donata a consanguineis ex parte viri, et censentur donata contemplatione viri: Aut sunt donata a consanguineis vxoris, & censentur donata contemplatione vxoris. Ita distinguit Bart. in l. sed si plures. §. in arrogato, nu. 4. ff. de vulg. & ita magis communiter tenetur, vt dicit Ias. in l. vt libris, n. 17. C. de collatio. Hanc et sententiam dicit esse

magis communiter recepta Cagno. in d. l. contractus, nu. 38. Successive quæro, quid de annulis, iocalibus, & vestibus, quas maritus facit vxori, nunquid censentur donata vxori, an autem illi concessæ ad vsum, & ornamentum tantum? Resp. Aut istæ vestes, siue iocalia, sunt vilia, & ad quotidianum vsum, & censentur donata: & sic sunt propria vxoris. Aut vero sunt preciosas, & non censentur donata, sed concessæ ad vsum tantum. Ita tenet Bart. in l. in his rebus, quæ est lex pen. §. 1. n. 2. ff. solut. mart. & est communis opinio vt dicit Corn. cons. 81. in lit. l. li. 1. Bertrã. cons. 24. ante n. 8. lib. 1. in 2. par. & cons. 208. n. 2. li. 2. in 2. par. Soc. iun. cons. 134. nu. 40. lib. 1. Et quod vestes preciosæ, & alia ornamenta festiua tradita vxori, vel sponsæ per sponsum, vel maritum, non censentur donata, est communis fere omnium sententia: vt dicit Corn. cons. 114. in littera G. lib. 4. Videmus, quod mariti illa fieri faciunt potius honoris sui causa, vt scilicet vxores ornatiore conspiciantur, quam in gratiam, siue beneficium ipsarum vxorum, & ab hac opinione nullo modo esse in practica recedendum, & multo magis hoc tempore, quo infelices mariti obsequentiæ ambitioni vxorum, plus expendant in earum ornamentis, quam recipiant pro earum dote, Mortuo igitur marito, si inter vxorem, & inter hæredes mariti sit controuersia de vestibus: dic, quod aut constat, quod maritus eas voluit concedere ad vsum vxoris tantum; & sunt hæredum viri: Aut constat, quod voluit donare, & sunt vxoris, quia talis donatio fuit ipsius mariti morte confirmata: Aut vero suus in dubio, & tunc vestes necessariæ ad vsum remanent mulieri, aliæ vero remanent hæredibus viri. Et hæc est communis conclusio, vt dicit Alex. in l. si is qui quadringenta. §. dos legata. nu. 2. ff. ad leg. Falcid. a qua consulendo, aut indicando recedi non solet.

mento. 25. §. ornamenta. 10 ff. de auro, argento, muno do. &c. legatis. Harpre. c. De vestibus.] Item quod vestes date per maritum vxori constante matrimonio, per mortem, si erant quotidianæ, efficiantur propria vxoris: secus si essent festiua, & iocalia preciosas, committuntur per Rol. in cons. 10. post num. 12. Natr. cons. 147. post numer. 8. & 10. vbi & cui incumbat onus probandi, vestes festiua esse: & de illa communi dixi in collecta mea commun. opin. plenius in verbo vestis, ibi vide. Giach.

QVÆSTIO XI.

SVMARIA Ex Claro.

- 1 Donatio propter nuptias an hodie sit in vsu.
 - 2 Et an censentur ipso iure constituta, an autem agendum sit, vt constituantur.
- Ex Additionibus.
- 1 Donatio propter nuptias quomodo definitur.

ADDITIONES.

Propter nuptias.] Donatio propter nuptias, quæ dicitur uere, & proprie, uide per Crau. in cons. 185. ubi etiam reuertitur ad donantem, nisi aliud actum sit, ut per Gozad. cons. 97. An dicatur mutua respectu ad dotem habito per Boer. decif. 185. nu. 10. Habet priuilegia dotis, per Gram. decif. 103. numer. 97. & 123. Et si

QVÆST. XI.
Ostiaquam hoc loco de donationibus inter virum, & vxorem tractari ceptum est,

40. maritus, uol. 1. & an mulier lucretur donationem propter nuptias, si mulieri sui iuris, quæ promisit dotem, fuit in mora soluendi dotem: Item quid si maritus decedat intra terminum solutionis dotis? Vide

- 2 Eadem donatio quibus nominibus appellatur.
- 3 An, & quatenus isthæc donatio doti equalis esse debeat.
- 4 Donatio propter nuptias constitui poterit, licet nulla dos data sit.
- 5 Soluto matrimonio vt dos redit ad mulierem: ita donatio propter nuptias reuertitur ad maritum: nisi aliud statuto, vel pacto sit receptum.
- 6 Maritus si adulterium committat, vxor eius lucretur donationem propter nuptias: si cui maritus lucretur dotem propter adulterium vxoris.
- 7 Dotalitium quod sit, & quomodo nominetur.

per Boer. decif. 22. Et donatio propter nuptias dicitur aduentitium, non profectitium, uide per Bar. in cons. 31. nu. 15. nol. 6. ubi etiam quod donatio propter nuptias de quinquaginta, quas promisit deponere, & non deposuit, non obstat in petitione dotis, seu usurarum quas in uulgari alimenta nuncupamus ex eo, quod non impleuit. Item quod donatio propter nuptias facta filia ualeat, nec conferatur, etiam si actum sit, nec possit reuocari per pacto non impertinens erit aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.

1 Sias ergo, quod de iure com trem testando, quando fuit iurata, possessio sequuta, tradit Ias. in consil. 239. lib. 2. Et donatio propter nuptias dicitur ob causam, uide per Natr. in consil. 609. in 2. dub. atque per Crau. cons. 85. nu. 2. Giach.

Nô impertinens erit aliquid de donationibus propter nuptias breuiter attingere.] Hoc loco addendum: quod donatio propter nuptias non male definitur actus, quo maritus, vel alius nomine, res mobiles, vel immobiles, propter dotem, & nuptiarum affectionem mulieri confert. Nam vt mulier marito affert dotem: ita maritus uxori affert donationem propter nuptias: quæ est antidos, vel leuamentum, seu compensatio dotis. §. est et aliud. 3. Instit. de donationib. l. si constante 19. C. de donat. ante nupt. Nouel. 119. in princ. D. Obrecht. disp. 5. de donation. th. 92. & seq.

2 Vnde hæc donatio uocatur nuptiale remedium & antipherna, item contra dos. l. cum multa. 20. circa princ. ibiq. Gothofred. C. de donat. ante nupt. Henning. Gæden. cons. 99. Simon Pistoris cons. 20. nu. 7. & 8. Ernest. Cothman. Resp. 50. nu. 31. & seq. lib. 1. hocque referens D. Bocer. in comment. de dona. cap. 10. nu. 7. edit. 2. Et si hæc donatio iure ciuili nõ solum in constitutione, ac præstatione: sed & pactis doti par, & æqualis esse debet. l. ex morte. 9. iuncta Auth. equalitas. C. de pact. conuent. generali tamen omnium ferè locorum consuetudine equalitas illa nõ seruatur. Andr. Gail. lib. 2. obseru. pract. obseru. 78. nu. 2. & sequent. Hartman. Pistoris, quæstione quarta, numero quinto, libro primo. Io. Schneidevvin. ad tit. Instit. de donat. §. est et aliud nu. 4. & tit. de hæredit. quæ ab intest. defer. rubr. de success. iur. Saxon. int. vir. & vxor. nu. 44. D. Bocer. d. cap. 10. nu. 4. Quin etiam tunc licet mulier nullam dotem dederit, vel promi-

serit: attamen donatio isthæc constitui poterit, vt arguit glo. communiter approbata in l. lege Leonis 10. in verbo deduci. C. de pactis conuent. Matth. de Afflict. in consil. Neapo. lib. 3. rubr. 13. incip. licentia. nu. 3. & D. Bocer. d. c. 16. nu. 1. 2.

5 Et si illud hic addendum: quod, quæ admodum: tunc soluto matrimonio dos ad mulierem reddit. l. vnic. §. illo proculdubio. 6. C. de rei vxo. act. sic & donatio propter nuptias ad maritum reuertatur: nisi pactum de lucranda dote, vel donatione propter nuptias interpositum, probetur: vel statutum, aut consuetudo loci cõtrarij uelit. c. vlt. ext. de dona. inter vir & vx. Hartman. Pistor. d. lib. 1. q. 14. nu. 34. Schneidevvin. in d. §. est et aliud nu. 6. Instit. de donationib. Ernest. Cothma. d. resp. 50. n. 13. 43. & 47. Enimvero si tunc maritus adulterum committat: lucretur eius vxor hanc donationem: sicuti maritus lucretur dotem, quando vxor adulterum admisisse probatur. c. plerunque. 4. extr. de donat. inter vir. & vxor. D. Bocer. d. c. 10. nu. 23. Denique hoc loco addendum: quod tunc fit et alia donationis propter nuptias species, quæ proprie dotalium appellatur. c. ex par. 15. extr. de for. compe.

Idque vir, præsertim nobilis, vxori suæ, ratione dotis datæ, concedit: vt uidua facta illo ad dies vitæ utatur fruatur. Hartman. Pistor. d. lib. 1. q. 4. & 14. Andr. Rauchbar. q. 87. nu. 21. p. 1. Io. Rüdinger. cent. 3. obseru. singular. obserua. 46. eosque citans D. Bocer. d. Comment. de donat. c. 11. nu. 3. vbi de dotalitio explicatius, post alios, quos laudat, differit. Harpr.

QVÆSTIO XII.

SVMARIA Ex Claro.

- 1 Donatio facta absenti non ualeat, nisi nuncius, vel epistola interueniat.
- 2 Et an requiratur, quod talis nuncius sit ad id specialiter destinatus.
- 3 Et quid si donatarius apprehenderit possessionem rei donatæ.
- 4 Et quid si facta sit præsentibus, & tacenti.
- 5 Et quid si facta sit absenti coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi.

ADDITIONES.

Donatio debet fieri præsentibus.] Non solum tunc donatio inter vivos, de qua Clarus noster hoc loco tractat: sed & donatio causa mortis præsentiam donatarij requirit. l. absenti. 10. ff. de donationibus. l. inter mortis, 38. ff. de mort. causa donat. Michael Grass. libr. primo recept. senten. §. donatio causa mortis, quæst. 9. numero primo. Gomez. lib. 2. var. resolut. iur. ciu. c. 4. nu. 16. Simon de Præt. in tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 1. solut. 12. nu. 25. Frideric. Pruczman. cons. 12. nu. 67. cons. 13. nu. 146. & cons. 34. nu. 18. vol. 1. Pract. Papien. in forma libelli, quo agitur pro donat. gloss. ex causa donationis, nu. 7. versic. sed donatio causa mortis, & in forma libelli pro legato rei singularis, gloss. ualere debeat iure codicillorum, nu. 18. Hartman. Pistor. quæst. 2. Iulij Clari Sentent. Pract. Ciuil.

Et an donatio ad pias causas facta absenti ualeat. Ex Additionibus.

- 1 Donatio tum inter vivos, tum mortis causa præsentiam donatarij requirit.
- 2 Testamentum habens clausulam codicillarem, vel donationis causa mortis non sustinetur in vim donationis, nisi donatarius præsens fuerit.
- 3 An nuncio, vel epistola interueniente donatio absenti fieri queat remissive.
- 4 Et quid si donatio ad pias causas absentibus fiat remissive.

num. 22. lib. 1. Nicol. Boet. decif. 353. nu. 3. Matthias Berlich. 2. part. 3. conclus. practicable. conclus. 2. nu. 1. Quæ tunc præsentia donatarij vsque ad eam necessaria est: etsi in testamento, in quo eiusmodi donatio facta est, adijciatur clausula codicillaris, quod debeat ualere iure codicillorum, vel donationis causa mortis: non tamen, inde legata in vim donationis causa mortis obtineri possint, si donatarius non præsens fuerit. Iason consilio 82. numero quinto, versic. sed hoc non obstante, et num. sequent. volum. 3. Hartman. Pistor. d. lib. 1. q. 15. nu. 7. & seq. Pruczman. cons. 1. nu. 175. vol. 2. Rol. a Valle cons. 82. nu. vlt. vol. 1. Grassus d. §. donatio causa mortis, quæstio. nona, numero secundo, Dominic. Cardinalis Tuscus tom. secundo, practice. conclus. littera D. concl. 639. numer. 7. & seq. eosque nouiter referens Berlichius d. conclus. 2. nu. 3. Harpre.

b. Absenti.] Item quod non ualet donatio absentis facta, habetur per Tiraquell. in l. si unquam. Cod. de reuocan. donat. fol. 98. Rom. conf. 295. decif. 35. Barbat. conf. 80. Boer. decif. 172. et 353. decif. Tholosan. 385. Sed quid si referat penes donatarium uide per Aret. in consilio 17. col. 4. Quid si effect donatio tacita: quod ualet per Tiraq. de il. compubi. fol. 143. Iaf. confil. 13. uolum. primo. Idem de donatione dotis causa, per Decium conf. 35. Idem de donatione facta absentis, si sit iurata: per Ruinum confil. 18. num. 12. in 1. Idem de donatione causa mortis etiam facta in testamento, uide per Decisionem Tolosanam 383. Quid de donatione ratificata? uide Dec. consil. 247. colum. 4. Ruin. conf. 57. nu. 3. uol. 1. Giach.

c. Non ualet.] Hoc intellige, nisi donatio facta absentis uallata sit traditione, ut sentit glof. 1. in l. nec ambigi. Cod. de donat. & ita intelligitur dict. Azonem in summa. C. de don. uerfic. cu i possit donari, & hoc uoluit Bald. & Cyn. in l. illud. C. de sacrosanct. Ecclef. Gouean.

d. Nuncio, uel epistola interueniente, potest donatio fieri absentis.] Adde idem f. sentiens Petrum Nicolaum Mozzium in

b. si fiat, absentis non ualet. Text. est in l. absentis ff. de donation. & ita uolunt Doct. communiter omnes, ut dicit Corn. consilio 73. in lit. C. libro tertio. Hanc etiam dicit esse communem Paris. conf. 88. num. 15. lib. 3. intellige, nisi interueniat nuncio, uel epistola. Nam nuncio, uel epistola interueniente, potest donatio fieri absentis. Ita colligi uidetur ex glof. in l. nec ambigi, in glof. 1. C. de donatio. & est communis opinio, ut dicit Card. conf. 254. col. 3. prout illum refert Capic. decif. 180. num. 8. licet ergo illud non inueniunt.

2. Scias tamen, quod ad hoc ut ualet donatio facta absentis cum interuentu nunciij, requiritur, qd talis nuncius sit addit specialiter a donante destinatus, alias non perficitur donatio, neque sufficeret, quod aliquis motu proprio illam donatio notificaret. Ita tenet glof. supra allegata in d. l. nec ambigi, quam sequitur communis Doctorum sententia, ut ait Roman. conf. 295. num. & sequen. quae refert Corn. conf. 254. in lit. A. lib. 3. quem forte uoluit allegare Capic. ubi sup. Et dicit Marfin l. si quis de q. nu. 69. ff. de q. quod illam glof. sequuntur communiter Doctor. Hanc etiam esse communem conclusionem attestatur Guid.

Papae decif. 222. numero 2. Sed pone, quod non solum donatio absentis facta sit uerbis, sed etiam postea ipse donatarius adquisierit possessionem rei donatae, nunquid ualet donatio? Resp. quod adhuc non dicitur perfectus contraetus donationis, quod acquisitionem dominij, ipsi nuncius, uel epistola interueniat. Et haec uidetur esse communior opinio, ut dicit Capic. in allega. decif. 180. post nu. 9. Cu enim donatio non possit perfici, nisi interueniente pacto, et sic consensu utriusque, scilicet tam donantis, quam donatarij, non potest dici inter absentem sensus efficax interuenisse, nisi uel nuncius, uel epistola intercedat, ut supra dictum est.

4. Sed quid si donatio facta sit praesenti, sed tacenti? dixi infra q. 14. vers. sed pone.

5. Quero etiam, si donatio facta sit absentis coram quinque testibus, an sustineatur in vim fideicommissi? dixi supra q. 5. vers. sed pone.

6. Item quero, nunquid haec conclusio, quae habet, quod donatio facta absentis non ualet, habeat locum etiam in donatione, quae fit Ecclesiae, uel pie cause, uel pauperibus absentibus? Resp. qd sic & ideo si aliquis pro ipsis non acceperit, donatio nihil ualet. Ita dicit glof. in l. illud. in ver. alia causa. C. de sacrosanct. Ecclef. qua communiter approbant Doct. ut ait Ruin. conf. 13. nu. 10. lib. 4. & conf. 37. nu. 14. cod. uolum. Quod nota, quia de facili quis responderet contrarium.

tractat. de donat. substantialibus, & c. nu. 23. Graffum dicto §. donatio causa mortis, quaest. 9. numer. 3. Hartmannum l. istoris d. quaest. 13. num. 2. cum sequentibus. & Berlichium d. concl. 2. nu. 4. ubi plures citat. Harpre.

e. Vel pie cause.] Adde quod donatio ad pias causas subsistit ante ratificationem istam opinio ueritatem, melioribusque rationibus fulcitam, ac magis communem attestatur, lo sephe. in deci. Pernf. 29. sub numero 18. factaque Ecclesiae, haud reuocatur, quoad filiorum superuenientiam, nisi quoad legitimam, commune Card. Paris. consil. 73. numero 24. Giach.

e. Quae sit Ecclesiae, uel pie cause, & c.] Adde ea de re uidentos Petr. Nicolaum Mozzium, d. titu. de substantialibus, & c. nu. 23. vers. quod adeo uerum est & c. & Hartmannum Pistoris d. quaest. 13. num. 5. & nouissime Thadeu Pison. lib. 4. var. resol. cap. 3. num. 12. Harpre.

QVAESTIO XIII. SVMMARIA. Ex Claro.

- 1 Donatio facta absentis, notario stipulante, an ualet.
- 2 Et an possit reuocari priusquam ab illo absente accepta sit.
- 3 Et an possit reuocari ante acceptationem.
- 4 Et quid si donatarius decessit ante ratificationem.
- 5 Et quid si donatio facta sit praesenti cum pacto, quod transferatur in aliquem tertium, qui sit absens.

ADDITIONES.

a. Cum interuentu notarii, & c.] An f. & quatenus donatio ualet, si facta sit absentis, & ignorant, Notario acceptante donationem, late, & quidem diuersimode, post Clarum nostrum examinant Bocertus in Commentar. de donationibus, cap. tertio, numero tertio, edit. 2. Riminald. iunior in Rubrica Institut. de donationibus, nu. 14. Anton. Faber. p. 2. de erroribus prag. decad. 47. error. 1. & sequentibus.

QVAEST. XIII.

Dictum est in praecedenti Quaestione, quod donatio facta absentis, non ualet. Pone, qd aliquis donet absentis cu interuentu Notarii, qui pro ipso absente stipulatus fuerit, & acceptauerit. Nunquid donatio ualet? Resp. ista est ardua quaestio in qua magna est confusio iter scribentes propterea pro faciliore intelligetia scire debes, quod dupliciter potest considerari donatio collata in absente. Primo, quado ego dono aliquam rem Titio absentis. Secundo, quando ego dono aliquam rem Titio praesenti, hac conditione adiecta, ut aliquo casu adueniente res perueniat ad Caium absentem. Certum est enim in iure, quod licet regulariter alter alteri stipulari non possit: potest tamen donator in donatione apponere legem rei suae, ut aliquo casu adueniente perueniat in tertium, l. in traditione, cu ibi not. ff. de pact. & ex huiusmo-

minus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perfici, tali reuocatione non attenda, licet a multis illa decisio Pauli de Castr. in contrarium allegetur et in hoc credo, quod opin. Paul. de Castr. sit uera, & communis, quamuis plerique attestantur, communem opin. esse in contrarium, scilicet, quod imo potest ante ratificationem donatarij per donantem reuocari, & in specie Cagnol. in quo tutela, §. nec paciscendo, in fin. ff. de reg. iur. quem refert Tiraquell. de constit. in 30. limit. numero 9. Alba. consilio 36. numero 1. Quinimo Alciat. in c. cum contingat. nu. 324. & seq. usque ad nu. 33. 1. tenet, quod talis donatio ante ratificationem non ualet, et quod si donatarius ante ratificationem moriatur, non possit eius haeredes illam ratificare; & dicit, quod est magis com. opin. Et idem tenet in l. 2. §. ex his, n. 3. ff. de verb. oblig. subdens, quod secundum hanc opinionem pluries consuluit, & ostendit illam esse communem, & de iure ueram. Sed certe, ut dixi, contraria opinio est magis communis, scilicet, quod non possit reuocari, prout illam esse magis comunem attestatur, Goz. conf. 87. circa f. & ex infra dicendis magis apparebit.

Mozzium in tract. de donationibus, tit. de substantialibus, & c. num. 25. & Do. Georgius Obrechtus disp. 2. de donationibus, thesa. 113. & aliquot subsequentibus. Harpr.

b. Stipulatus fuerit.] Quid si Notarius non fuit stipulatus pro absente, An ualet, quando adest clausula: Quae Donatio stipulata, & solemniter celebrata, & quod sic, uide per Ruin. in consilio 180. num. 11. uerum etiam sustinetur per clausulam omnimeliori modo, per Cra-

uer. in conf. 131. num. 3. Et adde, quod presentia semper praesumitur, licet non dicatur in donatione: uide per Boer. in deci. 33. col. 2. Giach.

c. Ipse ualet.] Itē quod donatio pro aliquo absente acceptata reuocari haud possit per donatorem secundum omnes: uide per Ceph. in conf. 33. sub n. 6. quod etiam dixi in sepe d. colle. me. n. 66. Giach.

d. Postea reuocari.] Sed quid si donatio sit facta absentis notario stipulante: et postea sit facta alia donatio secundo loco presentis, & acceptata, an prima donatio praualeat? uide per Rub. conf. 117. Corn. conf. 50. nu. 18. vol. 1. & cof. 2. vol. 3. Guid. Pap. dec. 49. & plenius dico in regul. meis contractuum, uerb. donatio. Giach.

e. Transfere.] Vide ad idē etiā per Ceph. ind. cof. 33. n. 7. ubi dicit erasse Caturf. & ceteros tenentes donatorem transferendo rem donatam in alium, ad eodē prauidicare domino, ut tanquam re non integra donatione non possit ratificare, modo ab alio donatarij nomine fuerit acceptata. Giach.

f. Tiraq.] Quē uide ibi, quia limitat, declarat, & distinguit plenus. Giach.

g. Secunda donatione.] Itē si donationes duae sint factae, quae praualeat? uide per Dec. in conf. 251. et 423. in fin. Giach.

h. Possessione rei donatae.] Vide ad idē per Frac. Aret. in conf. 13. Giach.

Quando

di pacto, seu stipulatio. acquiritur illi tertio actio utilis sine cessione. l. quoties. C. de donat. qua sub mod. & ita tenet Bart. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. nu. 5. in fin. ff. de uerb. oblig. quem sequuntur communiter Doct. ut dicit Soc. conf. 115. nu. 1. lib. 4. Et licet text. in d. l. quoties loquatur, quando appositum est pactum, ut aliquid ex re donata praestetur, tamen intelligendus est etiam, ut procedat, quando donatur species, & apponitur pactum de danda pecunia. Et haec opinio est communis, & tenenda, ut ait Soc. conf. 236. nu. 1. lib. 2.

2. Primo ergo casu, quando aliquis donat Titio absentis, medio Notarij stipulantis, & acceptantis, non uidetur dubitandum, quin donatio ipsa ualet, et quaratur actio sine cessione: potest enim Notarius alteri stipulari, & c. ut late dixi infra, hoc eod. lib. §. stipulatio. Et ita hanc conclusionem esse in iure receptissimam attestatur Soc. Iun. conf. 67. nu. 4. lib. 3. Sed difficultas est, nunquid antequam Titius ratificet, uel acceptet ipsa donatio dicatur perfecta, ita quod ab ipso donante non possit reuocari? Respon. aut donator ante acceptationem, uel ratificationem donatarij simpliciter donationem ipsam reuocauit, & reperio quod Paul. de Castro in vulgato suo consilio 105. post n. 3. vers. Sola uero reuocatio lib. 2. tenet quod talis simplex reuocatio facta per donantem non impedit, quominus subsequi possit ratificatio per donatarium, & sic donatio ipsa perfici, tali reuocatione non attenda, licet a multis illa decisio Pauli de Castr. in contrarium allegetur et in hoc credo, quod opin. Paul. de Castr. sit uera, & communis, quamuis plerique attestantur, communem opin. esse in contrarium, scilicet, quod imo potest ante ratificationem donatarij per donantem reuocari, & in specie Cagnol. in quo tutela, §. nec paciscendo, in fin. ff. de reg. iur. quem refert Tiraquell. de constit. in 30. limit. numero 9. Alba. consilio 36. numero 1. Quinimo Alciat. in c. cum contingat. nu. 324. & seq. usque ad nu. 33. 1. tenet, quod talis donatio ante ratificationem non ualet, et quod si donatarius ante ratificationem moriatur, non possit eius haeredes illam ratificare; & dicit, quod est magis com. opin. Et idem tenet in l. 2. §. ex his, n. 3. ff. de verb. oblig. subdens, quod secundum hanc opinionem pluries consuluit, & ostendit illam esse communem, & de iure ueram. Sed certe, ut dixi, contraria opinio est magis communis, scilicet, quod non possit reuocari, prout illam esse magis comunem attestatur, Goz. conf. 87. circa f. & ex infra dicendis magis apparebit.

3. Aut uero donator non tantum simpliciter donationem ipsam adhuc non acceptatam reuocauit, sed etiam rem donatam in alium cum effectu transfudit: & tunc multi adhuc allegant Paul. de Castr. in alleg. conf. tenere, quod prima donatio per secundam reuocari possit: tamen nisi fallor, Paul. de Castro loquitur in alijs terminis; prout infra dicam. Bene uerian est, quod ex eius uerbis colligitur, quod ipse fuit in hac sententia, dū ait, quod superueniens ratificatio, seu acceptatio, non prauidicat ijs, quibus medio tempore fuit ius quasi-rum. Et secundum hanc opin. quod secunda donatio prauidicet prima non ratificata, consuluit Dec. consil. 226. & eam dicit esse communem Cagnol. in l. fin. nu. 272. C. de pact. Contrariam tamen sententiam, scilicet quod imo per huiusmodi donationem, intercedente stipulatione notarij, absentis facta, sit quasi-rum ius donatario irreuocabiliter, etiam ante ratificationem, ita quod non possit deinde donator rem ipsam in alium transferre, tenuit Soc. iun. conf. 118. post nu. 12. vers. Non obstat tertia, lib. 2. ubi dicit, quod licet sit magna auctoritas Paul. de Castr. & Dec. tamen in hoc eorum opin. non uidetur tenenda, & de ijs dicit posset illud: Quandoque bonus dormit Homerus. & ibidem post num. 16. dicit, quod contra eos est commun. opin. quem refert Didac. in rubr. de testam. in 3. par. post num. 13. licet non satis perfecte iudicio meo. Hanc etiam opin. sentit esse magis communem Soc. Iun. conf. 121. nu. 8. & seq. lib. 3. Et dicit Apostill. ad Dec. in l. contractus. sub nu. 22. ff. de reg. iur. quod hac opin. de iure erat uerior, & communis, licet Apostill. ad Alex. conf. 31. sub nu. 16. lib. 6. dicat, quod hodie opin. Decij est crebrior. & regia constitutione in regno Francia confirmata, quae refert Tiraquell. de f. constitut. in 30. limit. nu. 9. Ego uero in hoc secundo casu considerabam, quod aut praefatus donatarius ante secundam donationem adeptus erat possessionem rei donatae: & tunc, cum adipiscendo possessionem uideatur ratam habuisse donationem, non est dubitandum, quin prima donatio praualeat secundae. Omnes enim conueniunt, quod in istis terminis etiam tacita donatarij ratificatio sufficiat ad hoc, ut donatio irreuocabiliter perficiatur. Aut uero primo donatario non fuit tradita possessio, sed secundo: et tunc puto, qd res careat omni difficultate. Nam etiā si prima donatio fuisset facta praesenti, & acceptanti: adhuc esset praferendus secundus donatarius, cui fuisset tradita res, secundum regulam l. quoties, ff. de rei uendic. Aut non fuit tradita res primo, neque secundo donatario: & tunc in pari causa censerem primū esse praferendum, etiā si secundus prius acceptasset, licet hoc non transeat sine scrupulo, etiā praesupposita pro uera illa opinione, quod simplex reuocatio donatoris non sufficiat, quā etiam tenuit Paul. de Castr. in alleg. conf. ut supra dixi, & re uera hic passus est ualde dubius, & periculosus.

4. Tertius est casus, quando donator donationem non reuocauit, neque rem in alium transfudit, sed antequam donatarius acceptaret, uel ratificaret, decessit: & hoc casu consuluit Paul. de Castr. (si bene aduertatur) quod haeredes donatarij non possunt ratificari huiusmodi donationem in prauidicium haeredum donantis (quia in casu suo etiam donator erat mortuus) quibus (ut ipse dicit) iā erat ius quaesitum, eo quia per mortem donatoris erat in eo translatum dominium ipsorum bonorum. Sed certe licet magna sit auctoritas Paul. de Castr. illa sua opinio mihi nunquā placuit: ex ea enim sequitur nū, quod regulariter est maxime absurdum, scilicet quod haeres, qui repraesentat personam defuncti, possit eius factio contrauenire. Præterea si (ut ipsemet Paul. ibidem tenuit) ipse donator uiuens non potuisset sola reuocatione impedire ratificationem donatarij, ut dixi supra, vers. Primo ergo casu, quanto minus dicendum est, quod potuerit illam impedire sola morte, quae in hoc casu non infert expressam, neque tacitam translationem. Nam acquisitio, quae fit per haeredem, non dicitur